(34) 290 225

Modus qui posthac servandus erit in materys quæ examinabuntur a Theologis minoribus

Primo inter omnes Theologos quos huc misit Smus D. N. ut concilio intersint hoc erit perpetuu, ut in singulis materys proponen. dicant qualibet vice quatuor tm, uz duo sæculares, et duo regulares, quos eligent Illmi et Rmi Legati et ita successive, cum aliæ materiæ erunt tractandæ, alij quatuor ex eodem numero dicent, donec unusquisq impleat partes suas

Secundo ex omnibus Theologis sæcularibus missis a Principibus ad Concilium eliget quisq Orator Principum ternos tm ex his, qui a suo Principe missi fuerunt, quibus dabitur locus dicendi in materia proposita hi deinde in alys materijs examinandis variabitur arbitrio Oratorum dummodo terni tantum pro quolibet Principe, in eadem materia respondeant

Tertio singuli Illmorum Legatorum eligent unu tm ex Theologis sæcularibus, quos in eorum aula habent, qui loquentur eadem ratione, qua reliqui.

Quarto nomina oia describentur ceteror Theologor sæcularium, qui commorantur in domibus prælator, suntq eor familiares, et ex toto hoc numero assumentur in singulis materijs non plures, quam quatuor, qui ea vice loquentur super articulis propositis. rursus deinde, cum aliæ res erunt tractandæ, tunc alij quatuor eligentur donec omnium numerus perficiatur, ordo aut prius loquendi inter eos erit secundu antiquiorem eor promotionem, uz, ut qui qui prius susceperit gradu, sive Doctoratus sive Licentiatus, sive Bacalaureatus, ille etiam anterior dicendus sit, et deinceps alij

Quinto ex omi numero regularium sive missi a Principib. sive commorentur apud Legatos, aut Prælatos sive maneant in eor Monrijs sive quocunq alio modo hic adsunt, dumodo non missi a Smo singuli Grales religionu eligent ex eor ordine ternos, qui ipsis videbuntur aptiores, qui dicent super pnti tunc materia. In alys vero materys, quæ post occurrent, poterunt illos variare, et mutare arbitratu suo

Sexto nullus sive sæcularis, sive regularis excedat in dicendo spatiu dimidiæ horæ ad summum, qui longior esse voluerit statim a magistro cæremoniar interrumpetur. Laudabilior erit qui nec etiam ad id spatium pervenerit

UGR Biblioteca Universitaria

Septimo Theologi siue saeculares siue Regulares, quibus tunc dicendi locus non obtigerit poterunt eti in scriptis referre ad deputatos, ea quae sibi necessaria uidebuntur circa materias propositas

(35) Patres deputati ad colligendos abusus circa Sacrificium Missae

Archiepus Ragusinus
Surrentinus
Episcopus Senogallie
Lauentinus
Nemausen
Dertusien
Pinninien

Ad conficiendam Doctrinam et Canones de Sacrificio Missae

Archiep. Granatae
Lanciani
Episc. Litteren
Interamnen
Lerien
Vauren
Almerien
Veronen.
Gnalis Minor de obseruantia.

UGR Biblioteca Universitaria